

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

14. Junij. 18. Cal. Julij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

450 ANNI CISTERCIENS.

succur- 65.] Quid?. ipsi transferint, & nos
xere. in medijs ignibus & fluctibus dere-
linquent, nec saltem manum porri-
gere dignabuntur periclitantibus fi-
līs? Non est ita.

EXALCATION

14. Junij. 18. Cal. Julij.

Passi **G**enerosi Martyres, Milites TEM-
anno **P**LARII: sic dicit, quod urbem,
1180. ac Templum Jerosolymitanum vestris
armis contra Gentiles, pro communi
reipublicae Christianae bono defenden-
Milites **d**um suscepitis. Leges, seu vivendi
Tem- **m**ethodum vobis potentibus, ex man-
plarij, **d**ato Concilij Trecensis, praescripsit,
Cister- **m**agnus ille sacrorum bellorum Dux
en*ci*enses. **B**ERNARDUS. Vestis erat ad nor-
mam Cisterciensium alba, scapulari
nigro distincta: idem Vexillis color:
& in sacramento militari post Deum
ac Sanctos, Superiores Cisterci primi
nominabantur. Inter alia munimen-
ta castrum validum imposuistis ripæ
Jordanis, Vadum Jacob appellatum,
frenum fluvij, hostibus maximè invi-
sum. Ad quod expugnandum Saladi-
nus, Turcarū tyrannus, vi improvisa
totius

totius regni vires effudit, & quotquot vivos in potestatem redigit, serrâ medios per latera dissecuit. Licuit barba-ræ crudelitati sic in corpora fævire: at fallitur, si sibi de victoria blanditur; dum invictos animos vestros ad æternum inter cœlites triumphum transmisit. Tanti vos cœlum emistis: mihi sanè ^{Cœlum} suo pre in documentum observatu dignissimum: tio ve- quo discam, illud non defidiā, sed laboribus niale est esse venale: nempe, violenter rapiendum.

B. M E N C I A, Fundatrix, & Abba-tissa monasterij de Arroyo: quæ nus-^{circa} quam fuisti parcior, quam in admit-^{annum} tendis commoditatibus, quibus caro ^{1160.} nutritur: nullibi profusior, quam in fundendis precibus, lacrymis, & fla-gellorum verberibus innocentis corpo-sculo tuo infligendis. Noveras nimi-
rum, hæc esse monilia, quibus anima redditur digna sponsi cœlestis amori-
bus. *Excita animam meam ad simile stu-dium placendi illi soli, qui licet non esset Bonitas de se amabilissima, tot tamen bene-ficijs ab æterno exhibitis, & in æternum promissis, utique meretur amari.*

S. BERNARDUS, serm. 64. in Cant.

*Da mihi animam, quam frequenter Anima
Verbum sponsus inviseré soleat; cui fa-miliaritas ausum, cui gustus famem,*

cui

252 ANNI CISTERCIENS.

cui contemptus omnium, orium dede-
rit: & ego huic incunctanter assign
vocem pariter, & nomen sponsa.

AGNESE

15. Junij. 17. Cal. Julij.

Floruit B. AGNES, monialis Rameyæ, fe-
anno lix familiaritate B. Idæ, cui, inno-

1214.

centiam tuam non ignorantî, eras in-
ter pias sancti amoris curas. Et quem-
admodum vera charitas in eo consi-
stit, ut amans felicitatem dilecti desi-
deret; ita pia virgo de te sollicita, apud
Sponsum, per quotidianas revelatio-
nes sibi familiarissimum, de tuæ salu-
tis futura expectatione inquirebat: cui
Servator locum amoenissimum osten-
dit, in quem primo statim post mor-
tem momento sis admittenda. Oracu-
lum hoc suâ itidem præsentia Christus
confirmavit; te gratiæ cœlestis plen-
itudine adeò mirabiliter inundans, ut
diu soli spiritui vita remanserit, corpo-
re sinè sensibus immobili. His favori-
bus initata, in tanta puritate vitæ cur-
sum absolvisti, ut nemo dubitaverit,
te inter prudentes virgines ad iuptias
sponsi receptas, numerandam. Imitare
etiam nunc sanctam tuam magistram, &
sicut

*Miro
modo
divinâ
gratiâ
inun-
datur.*